

Physicorū

Folio clx.

237

Postquam per hunc in prioribus tractatibus probatur quod sit aliquid primum mobile perpetuum et unum. et quod primus motus sit perpetuus. nunc in hoc tertio tractatu incipit ostendere quod sit primus motus. Et in quarto quod sit primum mouens. Et primo ponit intentum. secundo exequitur propositum. ibi Tribus autem existentibus dicitur quod primo quod ad hoc quod prima certius consideretur oportet incipere ab aliquo principio. videlicet consideremus verum sit aliquid motus que contingat esse in infinitum continuum. Et si contingat aliquid motus esse tale quis sit hic. et etiam quod sit primus motus. Et ne aliquid putaret alium esse motum que contingit esse primum. et quod est primum. ad hoc excludendum subiungit manifestum esse quod cum necessarium sit motum esse et quod primus motus est in sempiternum continuus. propter hoc quod causat a primo mouente immobili. ideo necesse est quod sit unum et idem motus que contingit esse in sempiternum primum et qui est primus

Tribus autem existentibus motibus. alio quidem secundum magnitudinem et alio secundum passionem et quendam secundum locum. que vocamus locimutationem. hunc necessarium est primum esse. impossibile enim augmentum esse alteratione non peristente. Quod augmentum esse quidem tanquam sibi augmentatum. est autem tanquam diffusum. primum enim alimentum dicitur contrario. Ad dicitur autem omne factum simile sibi. Necesse est igitur alteratione in contraria esse mutationem. At vero si alterabitur indigebit esse alteras et agens ex potentia calido actu calidum. Manifestum igitur quod motus non sibi se habet. Sed aliquid quidem prius. aliquid autem longius ei quod alterat. Hoc autem sine locimutatione non contingit esse. si ergo necesse est secundum motum esse. necesse est et locimutationem secundum esse primum motum. Et in locimutatione sicut alia quidem prima. alia vero posteriora prima. Amplius autem omnium passionum principium densitas et raritas. Et graviora et leuia et mollia et dura. et calidum et frigidum densitates videntur esse et raritates quedam. De sita et raritas congregatio et disgregatio sunt secundum quod generatio et corruptio dicitur substantiarum. Que autem congregantur et disgregantur necesse est secundum locum mutari. At vero si eius quod augmentatur et decremetum patiens mutatur secundum locum magnitudo

Hic exequitur propositum. et primo per rationes. secundo per antiquorum dicta. ibi Quod autem secundum locum mutatio. Circa primum duo facta est. quod primo. probatur quod motus localis sit primus. secundo probatur quod motus localis sit primus. ibi Que autem locimutatio.

Primum ergo probatur tripliciter. primo per proprietates motuum. Secundo per distinctionem partium et posteriorum. Tertio ex ordine motuum uentium et mobilium. Circa primum ponit duas rationes. prima stat in hoc. probatur est prius quod aliquid motus sit sempiternus et primus. Sed talis motus non potest esse augmentatio. quia augmentatio presupponit alterationem. cum oportet prius aliquid alterari antequam coniungatur alio. Nec alteratio quod alteratio presupponit motum localem. quod si alteras sit fuerit et quod prius qui secundum locum ipsi alterato. tunc sit fuerit facta alteratio. si ergo fiat alteratio de nouo oportet quod de nouo coniungatur alterati alteranti. hoc autem sit per motum localem. ergo ille motus est primus. Tunc ibi. Amplius autem. Ponit secundam rationem que stat in hoc. omnis alteratio sit per motum localem. si motus localis est prior alteratione. contra est nota. autem probatur quod alteratio sit per motum quod sitares sensibiles. et per opinionem antiquorum principium omnium illarum qualitarum sunt raritas et densitas. sed raritas et densitas sunt per motum localem. quod per congregationem et disgregationem etiam in rarefactione est motus ad maiorem locum. in condensatione autem est motus ad minorem locum. quod augere accipit maiorem locum et quod diminuit minorem

Primum deinde est de vacuo et rarefactione et condensatione. Hic dicitur quod rarefactio et condensatio capiuntur dupliciter. uno modo. putantur in corporibus actu persistentibus sicut farina condensat aquam. et sic sit motus per motum localem. quod oportet farinam localiter moueri ad locum aque. et sic loquitur hic philosophus. quod loquitur ad mentem antiquorum quod dicebant quod densitas fieret per congregationem corporum et raritas per disgregationem corporum. ut paruit primo huius. Alio modo accipiuntur rarefactio et condensatio secundum quod absolute se tenent ex parte materie. et sic possunt fieri per motum alterationis. ut patet in aqua calefacta que fit rara per solam alterationem.

Amplius et hinc considerantibus erit manifestum quod locimutatio prima. primum enim est sicut et in alijs sic et in motu dicitur utique primum multipharie. Dicitur autem prius quo non existere non erunt alia. illud vero sine reliquis. et quod secundum substantiam et quod tempore. Quare quoniam motum quidem necesse est esse continue erit utique continue. aut que continuum. aut que consequenter. magis autem que continuum et dignius est continuum quam consequenter esse. Dignius autem secundum accipimus in natura esse si possibile est. possibile autem est continuum esse. monstrabit autem posterius. nunc autem hoc supponatur. et hunc neque unum alius possibile esse. sed aut locimutatione. Necesse igitur locimutatione primam. neque una enim necessitas est. neque augmentari. neque alterari quod fertur. nam neque fieri aut corrumpi. Horum autem neque unum contingit nisi continuus sit quem mouet primum mouens. Adhuc tempore primum perpetuum enim continet